Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Flores vltimarum voluntatu[m] non sine sudore collecti p[er] d[omi]n[u]m Rolandinu[m] Bononie[n]sem Juris vtriusq[ue] p[ro]fessore[m] opti[m]e meritu[m] Annexo in calce peculiari quoda[m] ...

Rolandinus <de Passageriis>

Parrhisiis, 1514

"Gerardus Mulert [...]"

urn:nbn:de:bsz:31-115460

Visual Library

1942, Ef 376

42 A 1400

¶ Gerardus Mulert hermāno hagheu iuris vtriuſqꝫ doctori ſpectatiſſimo / illuſtriſſimi generoſiſſimiqꝫ Frederici Marchionis Badenſis / ſimul ac Traiectenſis obſeruandiſſimi preſulis conſiliario meritiſſimo / cognato ſuo. S.

PErlegi iā nuper cognatoꝝ p̄ſtantiſſime frugiferū quoddā / compoſitūqꝫ atqꝫ (vt ita dixero) diuinum mihi oblatum fore / opuſculum: quod flores vltimarū voluntatū non iniuria (meo iudicio) appellitant. quos quidem redolentiſſimos flores vtriuſqꝫ (vt aiūt) cenſure profeſſor ſolertiſſimus Rolandinus ille Bononienſis: per varios autorum hortulos vagatus / non ſine ſudore decerpſit / et tanq̄ꝫ in amenīſſimū ſertū q̄ſtudioſiſſime cōcinnauit. Ille inq̄ꝫ ipſe Rolandinus cuius (vt proxime didici) pōtificij iur (ille architecta Johānes Andreas paſſim: id qꝺ tute ipſe me profecto melius noſti: i ſuis ad Speculum additionibus / p̄cipue i titulo de iſtru. edi. §. compēdioſe. meminit: cuiqꝫ q̄ꝫ plurimas ab ipſo Speculatore illic traditas ſententias aſcribit. Ipſius itaqꝫ latiori cōmēdationi (ne vna opa ebur atramento candefacere videar) ſupſedeo. Huic ego tā dulciſſimo / tāqꝫ elaborato ſerto / ſuaues quoſdam (tametſi ſolius Rolandini profeſſione iuris ſtudioſos: ſi non inſatiabiles ſunt: contentos fore non heſitauerim) ex varijs vtriuſqꝫ iuris ⁊ quidem famatiſſimis collectos interpretibus floſculos / ſparſim bona (ni fallor) ſerie immiſcui / Quā ob rem certo ſcio q̄ꝫ plurimo obiurgatu me (vt obiter caueā iſtos homeromaſtices) non cariturū. quippe qui adeo temere in alienam meſſem manus injciam: quiqꝫ impudenter id quod ab alijs et ab ipſo maxime autore ſignificantius longe / itemqꝫ iocundius effici potuiſſe ingenue fateor / exiliter ac ieiune tanq̄ꝫ proprio iure michi deſcripſerim. Sed illorum vitiligationes / lacerationeſqꝫ debitas michi fortaſſe equanimius ego conſtantiuſqꝫ ſuſcipiam: q nulla ad hoc ipſum temeritate / nulla arrogantia / nulla deniqꝫ mei laude: ſꝫ partim opis amoreatqꝫ oblectamento / partim etiā ſtudioſorum quorumdam precibus extimulatus ſim. Quāquidē lucubrationem meam ineptula hac atqꝫ licentiore epiſtola tibi (tāetſi indignam tui ingenij facibus) dicare conſtitui doctiſſime cognate. verū id non intrepidus / ſubiturus īgenij tui iudiciū / preſertim laceſſitū. alioquin poſſem dicere: quid iſta legis humili vulgo ſcripta cognatorū eruditiſſime? q̄d te iudicem facis? cum hanc operam condicerem nō cras in hoc albo. Maiorē te ſciebam q̄ꝫ vt deſcenſurū huc putarē. Sed hec itemqꝫ ſimilia michi nunc patrocinia ademi nuncupatione. Tue itaqꝫ. immenſe humanitatis atqꝫ clemētie erit officij huic tante mee temeritati: qua tantulum hunc tamqꝫ tua preſtantia indignū tibi aſcribo laborem: dare veniam. Nam et dijs lacte ruſtici / multeqꝫ gentes ſupplicant: et mola tantum falſa litant: qui non habent thura. nec vlli fuit vitio deos colere quoquo modo poſſet. vt inquit Plinius ille ſecundus nouocomēſis in epiſtola quam operi ſuo naturalis hiſtorie q̄ꝫ elegantiſſime preluſit. Vale Parrhiſijs ad decimum Kalendas Decembres. Anno a natali chriſtiano. Centeſimo nono ſupra milleſimum.

z0